

Versus horum psalmorum primitus sine literis initialibus descripti erant, quas scriptor alteri coloribus depingendas relinquebat; id quod dein in textu Latino non nisi post aliquot saecula rubris litteris factum, in textu graeco plane omissum est, ita ut in quolibet versu littera initialis adhuc desideretur. . . Textus graecus versioni graecae LXX interpretum in biblis poliglottis obvis quidem concordat, est multis mendis est deformatus, cum scriptor linguae graecae fuerit expertus, quod ex eo clarum fit, quia quod articulos separatim non scripserit, sed cum substantivis contraxerit, et in unam vocem conflaverit.